

*In Disput.
contra Pa-
racelsum.
Paracelsi
absurda
principia.*

raq; tamen absurda partim, partim ne probabilia quidem: vt illius corrigendi, & in philosophicam viam reuocandi, non inutilem operam vir præclarus impenderit Thomas Erastus. Humores corpore humano exclusit: vt, ne sanguinem quidem in hepate reperiri: vrinam præterea vesicæ corpus sudoris in modum subingredi, venarum oscula occlusa neutiquam dehiscere, constanter affirmaret: Spiritibus actionum omnium præcipuis ἐπιποδίωνταις, totius corporis œconomiam tribueret, spreta facultatum auctoritate, & temperamēti ministerio posthabito. Morbos substantias esse firmiter asseueravit, & veluti ægrum hominem, qui per sanum diffusus, speciem exhiberet duorum corporum, se mutuò, aquæ instar cineri affuse, subeuntium. Iis medicamenta, non cōtraria opposuit, sed similia apposuit, quibus consumerentur, & naturalibus principijs illibatis, adiuuentū aliquod & vires cōferrent: omnibus ad quatuor genera, Naturā, Deū, Fidē, & Dæmonē reuocatis. Signa plærūq; respuit, remediū ipsum existimans, & locū affectū de-
tegere,